

N. 81.

A. D. 1321

(19 febbraio; Indiz. IV)

|                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                    |
|----------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <i>Provenienza</i>   | Cattedrale.                                                                                                                                                                                                                                                                        |
| <i>Data di luogo</i> | Barletta.                                                                                                                                                                                                                                                                          |
| <i>Rogatario</i>     | <i>Clemens de magistro Santoro not.</i>                                                                                                                                                                                                                                            |
| <i>Descrizione</i>   | Taglio rettang: alt. 0,43; larg: 0,30. Servi per tener legato un fascio di pergamene.                                                                                                                                                                                              |
| <i>Scrittura</i>     | Gotica.                                                                                                                                                                                                                                                                            |
| <i>Contenuto</i>     | <i>Iaconus Iacobus de Gattis, f. qd. Rogerii de Gattis</i> , chierico di S. Maria de Episcopio, vende a <i>dompna Iohanna, f. qd. Nicolai de Anna, relicta qd. Francisci Mangani</i> , una sua casa, <i>in pictagio sancte Marie</i> , al prezzo di once 19, in carlini d'argento. |
| <i>Bibliografia</i>  | Inedita.                                                                                                                                                                                                                                                                           |

† Anno ab Incarnacione domini nostri Ihesu christi Millesimo Trecentesimo Vicesimo primo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno duodecimo. Mense februarii die nonodecimo eiusdem quarte Indictionis apud Barolum. Ego Iaconus Iacobus de Gattis f. qd. Rogerii de Gattis Clericus Ecclesie Sancte Marie de Episcopio de predicta Terra Baroli, coram Iohanne de Cantore Regali Baroli Iudice. Clemente de Magistro Santoro puplico eiusdem terre notario et testibus subnotatis licteratis *etc.* cum scirent ex eorum scientia ipsos meos Iudicem et notarium non esse nec me fore ipsorum Iurisdictioni subiectum, astante mihi pro avvocato causa Ecclesiastice dignitatis. Tibi dompne Iohanne f. qd. Nicolai de Anna Relicte qd. francisci mangani mee concivi presenti ementi et recipienti pro te et tuis heredibus voluntarie cum tota debita et consueta iuris observantia ad hoc necessario interveniente servata Vendidi et tradidi et assignavi ex causa venditionis ipsius Domum unam meam sitam intus in Civitate Baroli in Pictagio sancte marie a medio pariete iuxta domum eiusdem Ecclesie Sancte Marie quam tenet ab eadem Ecclesia dompnus Leonardus Comiti Russi, a media transenda iuxta domum Nauclerii Sansonis a medio pariete iuxta domum notarii Nicolai de Madio et iuxta viam publicam. Ex qua venditione et traditione recepi a Te *etc.* in Carolensibus argenti sexaginta per unciam computatis Uncias decem et novem ponderis generalis totum scilicet pretium *etc.* te in vacuam et corporalem possessionem dicte domus immisi. Quatinus a presenti Tu et tui heredes dictam domum habeatis *etc.* Guadium quoque Tibi dedi *etc.* Posito etiam exinde defensore Angelo de Gattis f. qd. Richardi de Gattis meo concive. Pro quibus omnibus ego venditor et ego defensor *etc.* obligavimus tibi omnia bona nostra *etc.* et specialiter ego predictus defensor domum unam meam sitam in Pictagio sante Marie, iuxta domum Ecclesie sante Clare iuxta domum Abbatis Bartholomei de Magistro Luca et iuxta viam publicam cum potestate capiendi *etc.* Contra que si fecerimus nos venditor et defensor *etc.* pene nomine componamus et solvamus Tibi vel tuis heredibus Uncias auri sex et totidem parti Regie Curie *etc.* Renunciavimus consuetudini Baroli *etc.* Iuravimus super sancta dei Evangelia *etc.* Quod scripsi ego predictus Clemens de Magistro Santoro puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Iohannes de Cantore q. s. Iudex. (*Segno*).

† Ego dompnus matheus testis sum,